139	שלאן	שאן	140	שלהב	להב
141	שלו	שלה	142	שלו	שלה
143	שמה	שם	144	שנאן	שנה
145	שעף	סעף	146	שעשע	שעה
147	שפח	ספח	148	שפן	ספן
149	שפק	ספק	150	ששא	ששה
151	שש	ששה	152	שתם	סתם
153	שתר	סתר	154	תא	תאה
155	תאשר	אשר	156	תוך	תכה
157	תלפה	אלף	158	תרז	רזה
159	תרשש	רשש			

Tertia Animaduerſio.

Ne quis exiſtimet, à nobis per incuriam vel negligentiam omiſſas eſſe aliquas radices, quas alibi inuenerit, monitū Lectorem volo me de induſtria illas noſtris verſibus non adſcripſiſſe, quòd ad alias, quas appoſui, potius ſpectent. Qua ratione in pauciora coarctaui, quæ in plura nonnulli dilatauerunt. Quid autem diſcriminis ſit inter illos & nos & ad quas radices noſtras reuocari debeant eæ, quas illi tanquam diſtinctas afferunt, docebit ſubiectus index.

	Quidam.	Nos.		Quidam	Nos
1	אָב	אבה	2	אֵב	אבב
3	אבעבע	בעה	4	אברך	ברך
5	אורע	זרע	6	אחלם	חלם
7	אכור	בור	8	אֵל	איל
9	אלי	אלה	10	אלול	אלל
11	אלמן	אלם	12	אנכי	אנך
13	אפרן	אפר	14	אשה	אש vel איש
15	אתר	תור	16	בבת	בבה
17	בגלל	גלל	18	בוס	במה

	Q.	N.		Q.	N.
19	בות	בכה	20	בן	בנה
21	בסס	בוס	22	בעבע	בעה
23	בעלל	עלל	24	גן	גנן
25	דג	דוג	26	הה	אהה
27	ולד	ילד	28	זרר	זור
29	חום	חמם	30	חטה	חנט
31	חכלל	חכל	32	חמן	חמם
33	חנם	חנן	34	חף	חפף
35	חץ	חצץ	36	חרחר	חרר
37	יאה	יאת	38	יון	יגה
39	יחר	אחר	40	יכת	כתת
41	ילע	לוע vel תלע	42	ירב	רוב
43	כד	כדד	44	כרן	כיד
45	כך	כה	46	כלכל	כול
47	כן	כון	48	כר	כרר
49	לבד	בדד	50	להלה	להה
51	לצץ	לוץ	52	מבל	גבל
53	מגרן	גרן	54	מר	מרד
55	מרו	מרד	56	מרן	דון
57	מקם	קום	58	נוה	נהה
59	נחן	אנח	60	נפה	נוף
61	נפת	נוף	62	נתע	לתע
63	סטה	שטה	64	סיס	סוס

	Q.	N.		Q.	N.
65	סעה	נסע	66	סף	ספף
67	עטט	עטה	68	ער	עור
69	עפעף	עוף	70	ערער	ערה
71	עת	עות	72	עתת	עות
73	פא	פה	74	פרן	אפר
75	פלש	פלס	76	קאה	קאת
77	קב	קבב	78	קבה	קבב
79	קרקר	קרר	80	קוב	קבב
81	קוח	פקח	82	קטט	קוט
83	קרקר	קיר	84	רצא	רוץ vel רצה
85	שאת	נשא	86	שגשג	שגה
87	שוג	סוג	88	שחח	שוח
89	שיה	נשה	90	שמאל	שמל
91	שמה	שמם	92	שמר	סמר
93	שן	שנן	94	שעע	שוע
95	שת	שות	96	שתת	שות
97	תדהר	דהר	98	תלתל	תלל
99	תמן	ימן	100	תעתע	תעה
101	חפן	אפה			

Quar

Quarta Animaduerſio.

Ne fruſtra quærat Lector in noſtris radicibus voces nonnullas, quas conſultò reiecimus, ſciat nos omiſiſſe.

1. Dictiones purè Chaldaicas. Eas enim Lexicographi fere omnes prætermittunt, aut ſeorſum explicant; & nobis propoſitum fuit Hebraicas tantùm radices explicare. Sed ne cui fraudi ſit hæc omiſſio, illas ſeparatim exponemus ad finem compendiarij lexici Hebraici, in quo voces omnes Hebraicas, quæ ex noſtris radicibus deriuantur eo prorſus ordine, quem hic obſeruamus, explicaturi ſumus fauente Deo.

2. Voces, quas certò conſtat ex diuerſis particulis eſſe compoſitas, cuiuſmodi ſunt בְּשֶׁגַּם *eo quòd etiam,* בְּשֶׁל *propter,* בָּהֶם , בָּם בָּהֶן , בָּן , בְּמוֹ *in eis.* בָּנוּ *in nobis* כַּמָּה *quot ,* כְּמוֹ *ſitut* לוֹ *ei* לָנוּ *nobis* לָךְ & לְךָ *tibi* לָמוֹ & לָהֶם *ipſis* לָמָּה & לָמָה *quare.* Omiſi etiam מוֹ quoniam eſt ſyllaba expletiua & adiectitia בְּמוֹ *in, cum.*

3. Voces, quæ non occurrunt in textu ſcri

ſcripturæ, etiam ſi apud Hebræos doctores ſint vſu receptæ. Ideo particulam שֶׁל omiſi, licet plerique Grammatici velint eſſe articulum genitiui ; nam שֶׁל דָּבָר Rabbinicum eſt non Hebraicum. Omiſi quoque תִּשְׁרִי qui Hebræis eſt ſeptimus menſis & magna ex parte reſpondet noſtro Septembri. Nam hæc dictio non inuenitur in ſcriptura. Huius autem Radix aliis eſt תשר aliis שרה. Nos voces in ſcriptis Hebræorum doctorum vſitatas, ſi ſeruent Hebraicæ linguæ analogiam, afferemus in noſtro dictionario Hebraico, in quo non tantum vocabula Bibliorum, ſed alia innumera, quæ in Hebraicarum vocum numerum venire poſſunt, explicabuntur.

4. Nomina quædam appellatiua compoſita, quæ reduci debent ad Radices partium ex quibus conſtant v. g. צַלְמָוֶת *umbra mortis* ad צלל & מות. Item עֲזָאזֵל *caper emiſſarius* ad עז & אזל. Aliis eſt nomen proprium montis.

5. Nomina propria hominum, Idolorum, vrbium, gentium & aliorum id genus.

Nam

Nam hæc ferè ſolent omitti in lexicis Hebraicis; Quare nō erat cur R. Ionah poneret inter Radices Hebraicas פכר, quoniā ex eą nulla vox deducitur præter nomen propriū פכרת quod eſt nomē vnius de ſeruis Salom. Heſd. 2. 57. Alioquin aliæ multæ radices poni deberent propter multa nomina propria; quod non faciunt Lexicographi. Non tamen dubito, quin pleræque radices, ex quibus huiuſmodi propria nomina deducta ſunt, olim fuerint vſitatæ. Mos enim fuit Hebræorum imponere nomina propria, ratione alicuius ſignificationis, quæ inerat primogeniis vocibus, ex quibus deriuabantur. Si quis deſiderat ſcire hæc nomina legat lexicon Marci marini, quem inſcripſit, *Arca Noë*. Nos hic tantum quædam afferemus, quæ Pagninus & alij nonnulli adducunt in ſuis Dictionariis Hebraicis. Sunt autem quæ ſequuntur.

1. אבץ & in pauſa אבץ. Eſt nomen proprium vrbis, Ioſue 19. 20.

2. אחשורוש *Aſſuerus*. Regis nomen, de quo in libro Eſther quaſi אחש וראש magnus &

Prin

Princeps, vnde Rabbinis אחש eſt magnus.

3. ארגב regionis nomen; Thrachonitidem Chaldæus interpretatur. Deuter. 3. 4. & 1. Reg. 4. 13. eſt & nomen viri 2. Reg. 15. 25.

4. ארתחשסתא *Artaxerxes.* Perſarum Rex, Ezr. 7. 1. vt Pharao Ægyptiis, ſic nomen illud commune fuit multis Regibus Perſiæ.

5. הדו *India.* Sic omnes interpretantur voce non abludente. Eſt nomen alicuius prouinciæ & reperitur tantum Eſth. 1. 1. Aliqua exemplaria habent הדו ſine Daghes.

6. והב *vaheb.* Nomen proprium loci vel vobis num. 21. 15. vel 14. alij exponunt *onus, pondus, moles*: alij *dedit* quaſi eſſet pro יהב. Aliqui pro את־והב legunt vnica dictione אתוהב, malè meo iudicio.

7. כוש *Chus.* proprium nomen filij Cham, à quo Æthiopia dicta eſt כוש, & in titulo Pſalmi ſeptimi Saül vocatur כוש quodam ſcommate, quaſi Æthiopem dicas, quod atris moribus eſſet, quos non magis, quàm pellem Æthiops, mutaret. hinc כושי Æthiops & כושית Æthiopiſſa.

8 במוש

8. כְּמוֹשׁ Nomen proprium Dei vel Idoli Moabitarum & Ammonitarum nu. 21. 29. vel 30. Iudic. 11. 24. 1. Reg. 11. 7. & Ierem. 48. 7. vbi ſcribitur כְּמִישׁ ſed iuxta Maſorethas legẽdum כְּמוֹשׁ vt ſcribitur poſtea v. 46. fortè ו in י decurtatum eſt contemptus gratia. Sunt qui putent eſſe Deum temulentiæ, qui coleretur conuiuiis & comeſſationibus, perinde vt Bacchus. L X X. legunt χαμώς & vulgatus Chamos; poſſet & legi Comos: Sicque omnino conueniret cum Græco κῶμος quoad pronunciationem. Fuit autem apud veteres κῶμος Deus comeſſationum nocturnarúmque ſaltationum præſes, de quo Philoſtratus imagine tertia quæ incipit, ὁ δαίμων ὁ κῶμος. Radix eſt כמש inuſitata in Bibliis; ſed Rabbini ea vtuntur pro palluit, quibus etiam כְּמִישׁוֹן eſt *vrtica.*

9. כַּשְׂדִּים Nomen gentile, ſignificans Chaldæos; & eorum Regionem: vnde cum ה locali in fine כַּשְׂדִּימָה eſt *in Chaldæum.*

10. מוֹאָב Moab, nomen proprium filij Lot. Hinc Moabita nuncupatur מוֹאָבִי & Moabitis מוֹאָבִית vel מוֹאָבִיָּה.

11. נא Proprium nomen vrbis celeberrimæ in Ægypto non procul ab oſtio Nili, quam deuáſtatam à Chaldæis inſtaurauit Alexander magnus, & à nomine ſuo Alexandriam appellauit. Hinc Chaldæus נא vbique vertit Alexandriam ſic etiam reddit vulgatus interpres Nahum 3. 8. & alibi. LXX. Ezech. 30. v. 14. בְנֹא vertunt ἐν διοσπόλει & v. 15. אֶת־הֲמוֹן נֹא τὸ πλῆθος μέμφεως.

12. סְפָרַד. Eſt nomen proprium loci apud Abdiam v. 20. vbi eſt בִּסְפָרַד *in Sepharad.* S. Hieronym. reddit Boſphorum, quaſi ב Radicale ſit, ait Marcus Marinus in ſua Arca Noë: & Schindlerus in ſuo Pentaglotto. Aliqui, ait, exponunt Boſphorum ob ſoni ſimilitudinem, ſed ב ſeruilis eſt, nec radicalis fieri poteſt. At falluntur hi duo Authores. Nam Hieronymus eo loci ב vertit *in* & בִּסְפָרַד *in Boſphoro.* quare non putauit ב in בִּסְפָרַד eſſe literam radicalem ſed ſeruilem Quod etiam aperte liquet ex eiuſdem commentariis in Abdiam. Itaque perperam Mercerus ad Theſaurum Pagnini ſcripſit,

ſcripſit, Hieronymo בִּסְפָרַד eſt Boſphorus, Beth radicali. Chaldæus interpres & Dauid Kimhius, aliique Hebræi exiſtimant סְפָרַד eſſe Hiſpaniam; vnde Hiſpanum dicunt סְפָרַדִי. Quidam Hiſpaniam vocant Heſperidam, in qua voce ſunt quatuor literæ radicales nominis סְפָרַד.

13. פַּדָּן nomen proprium loci. Hinc אֲרָם פַּדָּן Gen. 33. 18. & alibi vertit S. Hieronym. *Meſopotamia Syriæ* nam פַּדָּן Chaldæis eſt *duo* vel *par*. Itaque eam regionem putant dici פַּדָּן ſicut & Meſopotamiam, quod ſit ſita inter duo flumina, Tigrim videlicet & Euphratem. Aliqui cenſent Meſopotamiam eſſe אֲרַם נַהֲרַיִם Gen. 24. 2. 1. Syriam duorum fluminum, & פַּדָּן eſſe ciuitatem in Meſopotamia, quę fortaſſe dicatur Paddan Syriæ, quod altera Paddan etiam inueniretur.

14. פוּט Nomen proprium tertij filij Cham Gen. 10 6. accipitur & pro Libya parte Africæ quam is incoluit, Nahum 3. 9. vbi Hieron. פוּט vertit *Africa*. ſunt qui dicant ſic olim appellatam totam Africam; nunc verò ita vocari Mauritaniam Tingitanam, vbi

regnum Feſæ ſeu Libya eſt & fluuius illam ambiens adhuc hodie פּוּטִי Phuti dictus.

15. פִּכְּרַת De hoc paulo ante dictum eſt.

16. פְּרָת Eſt nomen vnius ex quatuor fluuiis Paradiſi Gen. 2. 14. Pherat vel Phrat. L X X. interpretibus eſt εὐφράτης & Hieronymo Euphrates. quæ vox quibuſdam videtur componi ex duabus illis, quæ ſunt eo loco, הוּא פְרָת.

17. צָרְפַת. *Tſarephat* non *Tſarphat*. nam ad ante Scheua apponitur retinaculum; quo ſi careret, non Tſarphat, ſed Tſorphat legendum eſſet. Accipitur 1. Regum 17. 9. pro vrbe quadam Sidoniorum, ad quá miſſus eſt Elias: Hieronymus vocat Sareptha. At apud Abdiam v. 20. ſeu penultimo eſſe nomen cuiuſdam Prouinciæ plerique ſentiunt, quam Hebræi dicunt eſſe Galliam ſeu Franciam, & hinc Gallum nominant צָרְפָתִי. Aliis, etiam eo loci, eſt Sarepta vrbs Sidoniorum. Quare Hieronymus Sareptam vertit. Doctiores quique meritò cenſent, Iudæos ſine ratione interpretatos eſſe in Abdia צָרְפַת Galliam & סְפָרַד Hiſpaniam.

18. תִּמְּנָה

18. תַּמּוּ *Thammus.* Eſt Idoli nomen Ezechiel. 8. 14. Hieron. vertit Adonidem; Incertum eſt quidnam ſit. Malè Shcindlerus in Pontaglotto ſcribit תָּמּוּ. Hebræis doctoribus תַּמּוּ eſt nomen quarti menſis & incidit magna ex parte in noſtrum Iunium.

19. תִּרְעָתִי, vnde plurale תִּרְעָתִים 1. Paral. 2. 55. eſt nomen gentile ſiue loci ſiue familiæ. Quo in loco Tirathæos aliqui vertunt, alij ianitores; nam תַּרְעָא Chaldæis eſt porta. Hieron. reddit *canentes.* Nam תְּרוּעָה eſt *iubilus & vociferatio* à רוע vt vult Mercerus aut à ריע vt alij, quęs ſequimur in noſtris Radicibus quod ſignificat, *clangere, vociferari, iubilare.*

Denique omiſi מֶלְצַר ſeu מַלְצַר per Pathach, quod legitur Daniel. 1. 11. & 16. Nam L X X. & S. Hieronym. putant eſſe nomen proprium viri. L X X. reddunt *μολσὰρ* & Hieron. *Malaſar*: & Alij idem ſentiunt reddentes *Meltzar.* Sed quoniam ei perfigitur ה notificatiuum, ſcribitur enim הַמֶּלְצַר aliqui putant eſſe appellatiuum & explicant *Theſaurarius, Præpoſitus ciborum, Promus,*

Ar

Architriclinus, *Archimagirus* : cuius radix aliis eſt לצר aliis מלצר. Sed vtcunque res habeat vox eſt potiùs Chaldæa, quàm Hebræa & ideo prætermiſſa à nobis. Qua etiam de cauſa voces רב & רבונים omittendas cenſui. Priorem exponunt *ſtercus* poſteriorem *ſtercus columbarum*. Sed prior Chaldaica eſt. Nam Chaldæi רוב pro Hebræo זוב id eſt, fluere dicunt; poſterior compoſita eſt ex Chaldaica voce רב & Hebraica יונים nec reperitur in Hebraico textu ſacræ Scripturæ, ſed Maſorethæ 2.Reg.6 25.illam ſubſtituerunt pro חריונים quia exiſtimabant hanc vocem obſcænam eſſe & illam honeſtiorem. Alibi quoque pro vocabulis pronunciatu obſcænis, vt credunt, alia quædam honeſta, quæ aures non offendant, ſubiiciunt. Aliqui legunt חרי יונים ſed correcta exemplaria habent vnicum Iod non duplex ideoque legi debet חריונים vel appoſito maccaph חר־יונים ſtercus columbarum.

Quin

Quinta Animaduerſio.

Ex quatuor animaduerſionibus, quæ huic quintæ præeunt, manifeſtum in primis eſt, Hebraicarum radicum, quæ in Bibliis extant, numerum certò præfiniri non poſſe; deinde potuiſſe nos, eum numerum, quem in hac Chiliade præſcripſimus, facere maiorem vel minorem: maiorem quidem, tum quia omnes radices, quæ exordium ducunt à שׂ, potuimus diſtinguere ab iis, quæ inchoantur à ס, etiam quando ſunt eiuſdem ſignificationis: cuiuſmodi ſunt סוט & שׂוט diuertere, declinare: nam ad סוט referretur סֵטִים declinantes vel declinationes ſeu præuaricationes Pſal. 101. 3. & ad שׂוט pertineret שֵׂטֵי declinantes vel inſaniæ Pſalm. 40. 5. & שֵׂטִים declinantes ſeu apoſtatæ Hoſ. 5. 2. Mendum puto eſſe in quibuſdam exemplaribus, in quibus ſcribitur cum ס. Nec vero abſurdum eſt, eandem ſignificationem ineſſe diuerſis Radicibus ordinis eiuſdem aut diuerſi; eſt etiam probabile שׂ & ס non eſſe omnino eiuſdem

poteſta

poteſtatis; tum quoniam ex omnibus vocabulis quatuor literarum conſtitui poſſunt quadriliteræ Radices diſtinctæ à triliteris, etiamſi quarta radicalis ſit ſimilis tertiæ, vel prima tertiæ & ſecunda quartæ. Nam ſi vox cenſetur trilitera, licet tertia conſona non differat à ſecunda, cur non erit quadrilitera, licet quarta & tertia ſint eædem, vel duæ repetantur aut duplicentur? Itaque אמל & אמלל poterant tanquam diſtinctæ radices conſtitui, & ex priore deduci אֻמְלָה *languidum*, *debile* Ezech. 16.30. & ex poſteriore אֲמֵלָלִים *imbecilles* Neh. 4. 2. minorem verò, tum quia liceret nonnullas radices, quæ ex aliis videntur compoſitæ, ad ſimplices ex quibus conflatæ ſunt reducere, cuiuſmodi eſt אֲגַרְטַל quod etſi aliqui aiunt eſſe nomen Perſicũ aut Barbarum: tamen Auenarius illud componit ex אָגַר *congeſſit* & טָלֶה *agnus*; putat enim eſſe peluim aut Phialam, qua ſanguis agni congregabatur ad aſpergẽdum. Alij autem, vt Schindlerus, deducunt ex אָגַר *colligere* & טַל *ros* & dicunt eſſe vas, quo aqua colligitur; tum

quo

quoniam poſſumus multas radices quatuor literarum reuocare ad triliteras, cuiuſmodi ſunt. 1. Omnes aut fere omnes, quarum initium eſt א, quod probabiliter non eſt de themate: Sic אֲבַטִּחִים *pepones* num. 11. 5. referremus ad בָּטַח *firmiter inniti, fidere*. Nam ſic dictos Forſterus putat, à ſecuritate, qua terræ firmiter incumbunt, aut eſſe nomen Ægyptiacum: & א in hoc nomine eſſe ſeruile ex eo probant nonnulli, quòd R. Maiemon ait Peponem Arabice dici בטיך, quò alludit Aben Ezra dum ſcribit, ex lingua Arabica eſſe notum hoc vocabulum. Et Auenarius tradit Batecha pro melone in Auicēna reperiri. Schindlerus autem in Pētaglotto ad Radicem בטח Sic ait. Arab. בַּטִּיחָה cum ה punctato, *melo, pepo* Plur. בַּטִּיח batich, Ramban בטיך *melones*, *pepones*. Itaque Pagninus hoc nomen ponit in בטח; monet tamen dici poſſe, nomen eſſe quadratum, id eſt, quatuor conſtans literis; & Auenarius dicit, componi ex אָבִיב *pubes* & בָּטַח *confiſus eſt*, quod, inquit, pepones confidenter pubeſcunt, plenique ſunt ſucco pubertatis ſeu

P hu

humiditatis. אֶשְׁפָּר *fruſtum* vel *portio carnis aſſæ* reduci poteſt ad שָׁפַר *pulchrum eſſe*, q. d. pulchram, id eſt, amplam, partem carnis; S.Hieron.2. Sam.6.19. reddit aſſaturam bubalæ carnis & 1. Paral.16.3. partem aſſæ carnis bubalæ, id ipſis L X X. eſt, 2. Sam. cit. loco ἐσχαρίτη. aſſatura. Aliis eſt nomen quatuor literarum. Aliqui componunt illud quaſi ex tribus vocibus nempe אֶחָד מִשִּׁשָּׁה בְּפַר *vnum ex ſexta bouis, ſeu ſexta bouis*: Auenarius ex אֵשׁ *ignis* & פַּר *bos* quòd ſit fruſtum carnis bouinæ ad ignem aſſatæ: אַשְׁפּוֹת *fimus, ſtercus*, ad שפת referretur. Alij deducunt ex אשף, aliis autem אשפת eſt propria Radix. Idem iudicium de aliis eſto. Secundo omnes, in quibus tertia litera duplicatur, vt שַׁבְּלוּל *limax* vel κηρὸς *cera* vt reddunt 70. in Pſal. 58. 9. ad שבל. Aliis שבלל eſt radix quadrata. Scribunt multi שַׁבְלוּל ſine Daghes in ב, ſed vitiosè. 3. omnes, quarum duæ poſteriores literæ ſunt duabus prioribus ſimiles, vt בַּקְבּוּק ad בָּקַק: tum quoniam quælibet duæ radices ſimiles quarum vna ſcribitur per שׂ & altera per ס poſſunt

poſſunt in vnam radicem contrahi, hoc eſt vna ad alteram reuocari, non tãtum quando ſunt eiuſdem ſignificationis, vt שָׂכַךְ & סָכַךְ quæ ſignificant tegere; & reuocatur שָׂכַךְ ad סָכַךְ quoniam hæc radix ſæpius ſcribitur per ס quam per שׂ; ſed etiam quando diuerſæ, vt patet in רָמַשׂ *repo* & רָמַס *calco*. Nã vtramque in voce רָמַס exponit Pagninus: tum quoniam ſub vna radice poſſent reponi, quæ differunt ſola metatheſi literarum vt כֶּבֶשׂ & כֶּשֶׂב *agnus, ouis* ad כבשׂ vel כשׂב: שַׂלְמָה & שִׂמְלָה *veſtis* ad שׂלם vel שׂמל: שָׂחִיס & סָחִישׁ ſponte naſcens, repullulans ad סחשׁ vel שׂחס: videndum, ne metatheſim putemus, vbi metatheſis non eſt, ſed radicum multiplicatio: tum denique, quia multæ voces duarum literarum, quæ ponuntur tanquam propriæ radices, aut proprias ſibi radices vindicare ponuntur, reuocari ad communes poſſent, vt אוֹ *aut* ad אוה, אָח *rogus* ad אוח vel אחח & ita de multis aliis. Potui etiam cum Pagnino in vnã nempe רוּעַ contrahere tres diſtinctas ſcilicet רוע, ריע & רעע.

Sexta Animaduerſio.

Ne quis Ariſtarchus aut criticus iudex nonnulla carpat quæ in hoc libello reprehenſione digna poſſunt iis videri, qui libentius accuſant aliena dicta, ſcriptaue quàm excuſant, adieci quæ ſequuntur.

1. Hiſce verſibus ac animaduerſionibus ad eoſdem ſubiungere decreueram methodum componendi Hebraica metra inſtar Græcorum ac Latinorum, vt ſciret Lector, ſi tamen quis hæc noſtra legere non dedignabitur, me non perperam, temeréque ſed iuſtis de cauſis in quarundam Hebraicarum vocum quantitate aliquid obſeruaſſe, quod cum vulgari Grammaticorum opinione non conſentit.

Sed ne magnitudo voluminis nimium creſceret, in aliud tempus eius editionem differendam eſſe iudicaui. Interea de quibuſdam breuiter admonitum cupio Lectorem. Primo, me in ea methodo multis argumentis probare, nullam ex viginti duabus Conſonis Hebræorum eſſe dupli-

cem

tem eo ſenſu, quo apud Græcos duplices dicuntur ζ, ξ, ψ, & apud Latinos x & z quòd aliis duabus conſonantibus æquiua-leant. Nam ז nihil aliud eſt quàm s eo mo-do pronunciandum, quo in voce *miſer* & צ eſt etiam s ſtridulo quodam ſono profe-rendum. Quare tam LXX. quàm S. Hie-ronymus, צ exprimunt per ס & s ex.gr. no-mina צדוק & ציון LXX. Græcè ſcribunt σα-δῶκ, σιών & S. Hieronymus Latinè *Sadoc*, *Sion*, Hinc ſcies cur Decad. 13. v. 9. corripiam priorem in גזע & Dec. 33. v. 8. in יזע & Dec. 47. v. 2. in מוג & Dec. 53. v. 2. in נום & v. 3. in נוק & Dec. 81. v. 2. in in קצח. Quas omnes pe-nultimas poſitione longas eſſe putant ij, qui ז & צ literas duplices eſſe contendunt. Secundò, Aduerſus Ioſephum Scaligerum & alios nonnullos metricam orationem, qualis in Poëtis tam Græcis, quàm Latinis cernitur, Hebraiſmo non repugnare. Ter-tiò, breues vocales ante Iod conſonam, quando Daghes non habet, non eſſe pro-ducendas, ideoque me Dec. 1. v. 7. corripere penultimam in אנפים & Dec. 47. v. 8. in מים

Quar

Quartò, Duarum opinionum interſe repugnantium, quarum vna negat, affirmat altera, Scheua mobile cum ſua conſonante ſyllabam facere, vtramque nobis probabilem videri, noſque in noſtris verſibus ſæpius affirmantem ſequi & breuiſſimas ſyllabas pro breuibus habere, vt patet ex Dec. 9. v.3. vbi בְּטַלְתֶּם eſt vox triſyllaba prima breui; & voces illæ duæ, fido בְּטַלְתֶּם finiunt verſum Dactylo & Spondæo : interdum tamen cum vrget neceſſitas, nos amplecti negantẽ, vt Dec.3.v.1. vbi nomen אֲחַשְׁדַּרְפְּנִים nobis eſt quadriſyllabum & אֲחַשְׁתְּרָן triſyllabum, & proinde debet illud proferri Achaſdarphnim, hoc Achaſtrá, ſicq; mulus אֲחַשְׁתְּרָן claudunt verſum Dactylo & Spondæo. & Decad.18. v.9. habes in fine verſus, drachmaq; דַּרְכְּמוֹן quare nõ leges Darchemon triſyllabũ ſed Darchmon diſſyllabũ.

Quintò, Nos in ea ſententia eſſe, vt exiſtimemus, ex quatuor literis gutturalib. priores duas א & ה non efficere poſitione longas breues ſyllabas præcedentes ſiue in eadem ſiue in diuerſis dictionibus : duas autem

poſteriores ה & ע id efficere. Rationem diſcriminis loco citato aſſignamus. Hîc rem declaro exemplis. In 1. Dec. v.2. dicitur, te effer הִתְאַבֵּךְ, vbi הִתְ ſyllaba breuis non fit longa poſitu propter conſonam א ſequentem; quoniam illa conſonans nihil aliud eſt, quàm tenuiſſima quædam aſpiratio. & ibid. v.8. legitur, peluis אֲגַרְטַל, vbi vltima in voce *peluis* non fit longa propter א, quod initium eſt dictionis ſequentis אֲגַרְטַל. Sic Dec. 19. v.2. legis, munus הַבְהָב vbi nec poſterior in voce, *munus*, nec prior in voce הַבְהָב fit longa poſitione propter ה ſyllabæ ſequentis. At Dec.1.v.2. prior ſyllaba in voce אַבְחָה nempe אַבְ natura breuis fit longa poſitione propter ח initium poſterioris ſyllabæ חָה. Et Dec. 24. v. 4. poſterior in voce *bruchus* producitur poſitione propter ח initium ſequentis dictions חָגָב. Eodem modo in Dec. 10. v. 3. antepenultima in בִּלְעֲדֵי natura ſua curta eſt ſed extenditur propter ע ſequentis ſyllabæ in eadem dictione: in diuerſis autem vocabulis Decad. 64. verſ. 5. *ſor* in *laſſor* fit longum poſitione propter

ע quod

y quod inchoat dictionem ſequentẽ עיפתי. Sextò, Sicut Græcis & Latinis Poëtis.

Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas.

Item omnibus Hebraicæ linguæ ſtudioſis, qui Hebraicè volent imitari metricam Græcorum ac Latinorum modulationem, debere eſſe facultatem, ſi non quidlibet, ſaltem aliquid audendi. Hac æquitate confiſus interdum longas corripio, ſubſequente in altero vocabulo vocali vel א aut ה. Sic Dec. 10. v. 3. בלעדי eſt mihi dactylus correpta vltima ſyllaba די quoniam ſequens vocabulum, *euacuat,* initium ducit à vocali: nonnunquam etiam poſt aliquem quatuor primorum pedum produco ſyllabam breuem. Sic Dec. 4. v. 4. vltimam in נאלם produco poſt tertium pedem. Septimò, Patach ſuffuratum, vt vocant non augere numerum ſyllabarum. Itaque Dec. 4. v. 2. אלה eſt diſſyllabum & Dec. 46. v. 7. רתמהמה eſt triſyllabũ. Octauò, non decere vt in Hebr. dictionibus vltimæ vocales exterantur, cum in illis vel actu vel poteſtate quieſcat aliqua litterarum אהוי. Qua in re Græcos potiùs qui

non

non elidunt vltimas vocales ſcriptas, imitari debent Hebræi, quàm Latinos, qui eas per ſynalœphen quodammodo abſorbent quando ſequens dictio inchoatur à vocali. Sic Dec. 3. v. 4. elidi vides vocales Latinas, non Hebraicas. Quod paſſim in hiſce verſibus obſeruo. Nono, ם finale non eſſe per ecthlipſin elidendum, & illud nunc corripi nunc produci ratione vocalis breuis aut magnæ, cui coniungitur. Exempla habes in voce אַנְפָּיִם Dec. 1. v. 7. & in voce גּוּם Dec. 13. v. 8. Decimo, א & ה quando per Scheua quieſcens trahuntur ad ſyllabã pręcedentẽ, ſi ſequens incipiat à conſona, quæ non ſit א vel ה, efficere, vt breuis longa ſit ſiue per quandã poſitionem ſiue per craſim. Exempli gratia in Dec. 1. v. 10. pro יְאַדִּירוּ potui ponere יַאְדִּירוּ ſicut Iſai. 42. 21. pro יְאַדִּיר dicitur יַאְדִּיר *roborabit*; nam יַא fuiſſet longum, ſiue poſitione propter duas conſonas ſequentes א ſcil. tractum & ד, ſiue craſi quadam contracto יְאַ in יַא. Sed hæc omnia & alia quædam fuſius in dicta methodo.

2. In quantitate quarundam Latinarum

dictionum,quæ nullius veteris Poëtæ teſtimonio, nec ſtabili certáque analogia probari poteſt, non tam ſpectaui, quid grammatici ſentiant, vel quid vnus aut alter ex recentioribus ac minoris notæ Poëtis obſeruarit, quàm quid ratio analogica poſtulet, aut alicuius veteris Poëtæ authoritas confirmet. Qua de cauſa primam in *rugio* corripere malui cum authore Philomelæ, quam producere cum nouis Pſalmorum interpretibus: corripui quoque mediam in *Torcular*, quoniam id analogia exigit. Sicut enim ſpeculum & ſpecular eiuſdem quantitatis ſunt,ſic eſſe debent torculum & torcular, quæ idem ſignificant: torculum autem pronunciari media correpta communi conſenſu docent Grammatici.Cum Virgil. ex multorum ſententia corripui primam in *Scoria* & *Electrum*; etſi non ignoro Græce ſcribi σκωρία,ἤλεκτρον. Si quid ſimilè occurrat,non eſt facilè damnandū errati.

Primam in *locuſta* produci debere facilè crediderim, cum eam in nomine proprio *Locuſta* produxerit Iuuenalis Satyra prima.

Sicut

Sicut videmus, Latinos Poëtas tribuere quantitatem nominibus propriis *Cadurcum* & *Robigo*, quæ ineſt appellatiuis *cadurcum* & *robigo* ſeu *rubigo*. Quoniam tamen hæc coniectura certa non eſt, corripui *lo* in *locuſta* Chriſtianos Poëtas imitatus. Multos enim legi, qui eam breuiant; nullum, qui producat. Falluntur, qui dicunt, Iuuencum illam produxiſſe in hoc verſu.

Mandere locuſtas ſolitus ruralibus aruis.

Nam in libro primo Hiſtoriæ Euangelicæ verſu 354. & 355. ſic ſcripſit Iuuencus agens de Ioanne Baptiſta.

Aruis qui ſolitus ruralibus eſſe locuſtas
Et tenuem victum Syluestria mandere mella.

Quod ſi quis non probet quæ dixi de quantitate vocum; *rugio, torcular, ſcoria, electrum*, is legat Dec. 52. v. 5. *Irrugit, pro Irrugiit:* & Dec. 55. v. 3. *Excutit & rugit* נָעַר & Dec. 87. v. 7. שָׁאַג *rugitque fremitque*: & Dec. 16. v. 1.

Palpauit גִּשֵּׁשׁ; *& torculuria* גִּתּוֹת

& Dec. 36. v. 1. *Torcular* יֶקֶב eſt: & Decad. 59. v. 1. סָחִישׁ *recreſcens*: סִיג *ſcoria*; *& olla lebéſque* Et Decad. 30. v. 1.

Subtraxit חָשַׂךְ: נֶחֱשַׁל *laſſatus*: הַחַשְׁמָל *Electrum*:

3. Quoniam vſui, cuius imperio ſubiacet vocum ſignificatio, aliquid concedendum eſt, exiſtimaui licitum mihi eſſe, ex communi vſu Grammaticorum, hoc nomen *Dictio* vſurpare pro vno vocabulo aut verbo, licet ſciam apud Ciceronem nuſquam ſic accipi; ſed pro oratione duntaxat & genere dicendi. Sic vſurpo quædam vocabula quæ licet apud Claſſicos Authores fortè non reperiantur, inueniuntur tamen apud Grammaticos & alios non contemnendos ſcriptores, cuiuſmodi ſunt *compes*, *perplector* & ſimilia quædam. Finxi quoque cum aliis verbum. *Sextare*, vt exprimerem vim verbi שִׁשָּׁה formati à שֵׁשׁ *Sex* quo vſus eſt Ezech. 45.13. dum ait וְשִׁשִּׁיתֶם הָאֵיפָה ad verbum, & *ſextabitis* Epha .i. diuidetis in ſex partes, ſextam partẽ capietis aut offeretis.

4. Hebraicarum dictionum nonnullæ ſunt polyſemæ nõnullæ dubiæ, de quarum ſignificatione nihil certi conſtitui poteſt, & quas alij aliter interpretantur. In iis nobis

nemo

nemo iure ſuccenſeat, ſi vel non omnes ſignificationes afferimus; nam ſtudemus breuitati; vel ex diuerſis interpretationibus illam ſeligimus, quam fortaſſe Lector minus probabit. Etenim propoſitum nobis non fuit iudicium ferre de opinionibus interpretum, ſed aliquam ſequi quæ ſua probabilitate non careret, licet cæteris non eſſet præferenda. Exempli gratia in vigeſima Decade. verſ.4. habes הָלַל reſplendeo, ſcilicet ex ſententia R. D. Kimchij, quæ ſi cui non probetur, legat הָלַל que inſanio.

5. Non ſum neſcius, controuerſum eſſe nonnunquam, vtrum verbum in Kal ſit radix & primogenia vox, an ipſum potiùs aliunde tanquam ex Radice pullulet. Nam ex. gr. nonnulli verbum אָצַל *reſeruauit* faciunt radicem ex qua fiat אֵצֶל *apud, iuxta*: alij contra אָצַל deducunt ex אֵצֶל. Sicut inter Latinos alij verbum *frutico* deriuant à nomine *frutex*: aliis autem *frutex* dictus videtur à fruticando, id eſt, pullulando, quod ſuccisus ſemper repullulet. Imo poteſt interdum vna vox alterius dici & radix & ramus

mus ſeu ſurculus,& ſuo modo dicere.

Mater me genuit; eadem mox gignitur ex me. Sic ex verbo שָׁבַר, quatenus ſignificat *frangere* fit שֶׁבֶר *annona & eſca*, quæ Hebræi dicitur שֶׁבֶר quoniam frangit, id eſt, ſedat vel extinguit famem : viciſſim autem שָׁבַר quatenus idem eſt quod *annonam comparare* oritur ex שֶׁבֶר *annona*. Item ex עָרַב *miſcuit* fit עֶרֶב *veſpera* quaſi *mixtio lucis* & *tenebrarum* & rurſus ex עֶרֶב fit עָרַב adueſperaſcere. idem liquet in פֵּאֵר & פְּאָרָה, in חֹרֶף חָרַף & aliis nonullis. Nos tamen maioris conuenientiæ atque facilioris doctrinæ gratia quamlibet Radicem triliteram conſtituimus in Kal. Sic אָהַל nobis radix eſt non אֹהֶל : etſi non ignoramus אָהַל quatenus denotat *figere tentorium* potius videri deductum ex אֹהֶל *tentorium*, quàm אֹהֶל ex אָהַל. Eſt tamen veriſimile, אָהַל olim habuiſſe aliquam ſignificationem, ob quam ab eo fuerit deriuatum אֹהֶל : Sed quoniam ea nos latet, poſuimus illam, ſecundum quam nunc eſt in vſu, licet ratione illius ſit potius vox deriuata, quam primigenia.

6. Ter

6. Tertiam perſonam maſculinam & ſingularem præteriti Kal, quæ radix eſſe ſolet, non vno modo Latinè reddunt Lexicographi, dum eius ſignificationem exponunt. Nunc enim vertunt per infinitiuum, ex.gr. אָמַר *dicere*, nunc per tertiam præteriti temporis atque interdum præſentis vt אָמַר *dixit*, אָמֵר *dicit* nunc per primam perſonam indicatiui modi ac præſentis temporis vt אֹמֵר *dico*, ſicut contrà Latini in ſuis Dictionariis verbo Latino primæ perſonæ verbũ Hebraicum tertiæ perſonæ ſubiiciunt, & Græcum primæ vt Dico אָמַר λέγω: quo genere loquendi non ſignificatur, Dico & אָמַר eiuſdem eſſe temporis & perſonæ, id enim eſt alienum à veritate; ſed tantum docetur, ſicut apud Latinos *Dico* primum locum occupat, quando flectitur in perſonas & tempora, ſic apud Hebræos אָמַר primam vocem eſſe in ſua coniugatione, & vtroque verbo ſignificari actionẽ dicẽdi & tempus aliquod adſignificari. Hos omnes loquendi modos in noſtris verſibus vſurpamus, tum vt varietas memoriam iuuet; tum ne idem

idem interpretandi modus ſemper repetitus tædio ſit. Quibus etiam de cauſis non ſemper vſus ſū prima voce, quæ occurrit in quauis flexione, ſed aliis nonnunquā, ex.gr. nūc ſecūda plurali maſculina preteriti in vltimo verſu ſecundę Decadis, *tardaſtis* אֵחַרְתֶּם nam hinc ſatis intelligitur אָחַר eſſe Radicem vſitatam in Kal, nūc tertia plurali maſculina futuri in vltimo verſu primæ Decadis, *amplificent* יַאְדִּירוּ quod eſt futurum in Hiphil. Quare הַאְדִּיר vſitatum cenſeri debet; אָדַר non item; nunc, ſecunda ſingulari maſculina futuri v.9. Decad.44. *Diſces* תִּלְמַד; ſic enim dicendum & non תִּלְמוֹד quod Rabbinicum eſt & non biblicum: vnde conſtat Radicem לָמַד vſitatam eſſe. At verſu quarto Dec. 34. reperiet Lector, *ambulo* eoque אֵלֵךְ, vbi poſitum eſt futurum אֵלֵךְ, quoniam præteritum יָלַךְ non eſt in vſu ſed eius loco vſurpamus הָלַךְ.

7. Græcarum vocum, quas interdum vſurpamus in noſtris verſibus, ſiue metrica neceſſitate compulſi, ſiue alia de cauſa, hæc eſt explicatio. ἔρημος *ſolitarius*, λογεῖον *rationale*, quod

quod alij appellant pectorale. Nam חֹשֶׁן erat genus ornamenti, quòd ſupra pectus ſummi Sacerdotis conſulẽtibus Deum reſponſuri ponebatur: ὁ δεῖνα, quidam, quiſpiam, nam ὁ δεῖνα melius exprimit vim Hebraicorum vocabulorum פְּלֹנִי & אַלְמֹנִי quam vox Latina, *Talis*: ἀνάγκη neceſſitas: ἄνθραξ *carbunculus* ſpecies gemmæ: Κίκι *Ricinus*; ſic autem verti Hebraicum nomen קִיקָיוֹן vt intelligat Lector Græcos ſuum Kiki & Latinos cici prompſiſſe ex Hebraica radice קיק ideoque probabilem eſſe ſententiam Ariæ Montani, qui cenſet קִיקָיוֹן eſſe arbuſti ſpeciem, quæ Latinis Ricinus & cici, Græcis autem Κίκι & κρότων dicitur. Qua de re legi poteſt doctiſſimus Salmeron tomo primo Prolegomeno Sexto, in reſponſione ad tertium Argumentum.

8. Dubium eſt, an radix פעם poni debeat inter vſitatas in Kal. Nam illud Iudic. 13. 25. *cæpitque ſpiritus Domini* לְפַעֲמוֹ *agitare & impellere ipſum* poteſt eſſe vel in coniugatione Pihel, Vt cẽſent mercerus, & marinus, & Buxtorfius tam in ſuo Dictionario quàm

in Manuali;vel in Kal vt docent Pagninus, Forſterus, Hutterus, Auenarius & Schindlerus,Buxtorfius etiam ſibi non ſatis conſentiens idem tradit in Theſauro Grammatico lib. 2. cap. 17. dum explicat affixa infinitiui ad formam פְּקֹד. Atque hanc opinionem malui amplecti, tum quoniam eſt plurium authorum,tum quoniam hoc verbum vſitatum eſt paſſiuè in Niphal; vnde vel hac ex parte rectius vtemur hoc verbo in Kal,tum denique quoniam פַּעֲמוֹ pulſare eum, concutere eum videtur dici à פַּעֲמָם ex forma פְּעֹל infinitiui ſicut à שָׁחַט dicitur Ezech. 23.39. בְּשַׁחֲטָם in iugulando eos ex forma שְׁחֹט.

Septima Animaduerſio.

Ne aliqua in hiſce verſibus ambigua dent tyronibus erroris anſam, de quibuſdam illos hîc commonefacio.

1. Voces Latinæ,quibus Hebraicas reddimus, interdum diuerſos habent ſignificatus. Viderit Lector,ne ipſum fallat hæc amphibologia. ex.gr. in verſu primo Dec. 40.

le

leget, ſunto pedes כִנִּים, ne intelligat pedes, quibus gradimur, ſed pediculos notũ vermium genus: ſic verſ.6.Dec.12 ſcriptum eſt, *vnio* גָבִישׁ vbi vnio non accipitur pro nexu vel actione vniendi ſed pro Margarita. verſ. 1. Dec.13. metaque גָדִישׁ; vbi meta non ſignificat terminum ſed aceruum frugum. verſ.2. Dec.95. שָׁפַךְ fundo, intelligi debet, fundo, fundis non fundo, fundas. eadem cautio in aliis id genus adhibenda eſt, & lexica conſulenda, ſi neſciat quis quo ſenſu aliqua dictio Latina vſurpata ſit à nobis.

2. Interdum verba coniugationis Niphal videntur omnino ſimilia verbis flexionis Kal; cuiuſmodi eſt נָסַב gyrauit, vertit ſe numer.34.4. ex סבב נָקֵל leue eſt Ieſ.49.6. ex קלל. Si quid ſimile occurrat in hoc opere, ordo radicum atque radices ſub qualibet decade poſitæ facilè oſtendent tyroni verbum illud non eſſe radicem. ex. gr. in verſu 10. Decad. 21. leget, נִזָּה *quæ leuatur*, vbi נִזָּה non eſſe in Kal ſed in Niphal intelligere poterit, tum quia ibi non afferuntur radices in-

cipientes à Nun, tum quia infra decadem inueniet veram eius radicem חנן.

3. Ex Latinis vocibus, quæ Hebraicis adiunctæ ſunt, aliæ ad earum ſignificationem pertinent, aliæ minime. Has ab illis facile quiuis internoſcet, niſi plane ſit hebes. In ſolo verbo *eſt* poteſt interdum eſſe aliqua ratio dubitandi an pertineat necne ad ſignificationem Hebraicæ dictionis. ex. gr. in verſu 6. Dec. 3. legitur, אָיֹם eſt formidabilis, vbi *eſt* non pertinet ad ſignificationem אָיֹם, non enim ſenſus eſt, אָיֹם ſignificare, formidabilem eſſe, quaſi eſſet verbum in Kal inſtar יָכוֹל poſſe, & יָגוֹר timere; ſed perinde eſt ac ſi diceretur אָיֹם ſignificat formidabilem. At in verſu ſexto Decad. 17. cum dicitur, ſatis eſt דַי illud *eſt* ſpectat ad ſignificatum דַי, nam דַי ſignificat ſatis eſſe vel ſufficere, & ſicut סַב eſt pro סָבַב & חַי pro חָיַי ſic דַי pro דַיַי ex duplicantibus ain vau. Ne cui hęc ambiguitas imponat, curauimus τὸ *eſt* ſcribi diuerſo charactere, quando non eſt de ſignificatione vocis Hebrǽæ.

Octaua Animaduerſio.

Vt maior fructus ex noſtris radicibus percipi queat, & quælibet radix promptiùs inueniri, hæc videntur annotanda.

1. In noſtris verſibus nulla dictio Hebraica reperitur, quæ vſu recepta non ſit aut recipi non debeat, ideoque in illis poſitæ ſunt frequenter voces deriuatæ, quoniam prototypæ vſitatæ non ſunt. Hinc autem & ex eo quod Latinę voces Hebraicis mixtæ ſunt, accidit vt radix interdum aut non facilè internoſcatur, aut tam cito inueniri non poſſit. Propterea ſub qualibet Decade Radices ad ipſam pertinētes ordine Alphabetico diſpoſui, & vſitatis affixi puncta, inuſitatis non appoſui. illas autem non omnino collocaui ex ordine, quem lexicographi fere omnes conſeruant. Nam Radices plurium, quàm trium litterarum, non vt illi ſolent, reieci ad finem poſt themata trilitera, ſed in eo repoſui loco, quem ſeries ac ordo literarum exigit. ex gr. אבנט non colloco poſt omnes Radices triliteras inchoatas ab

א ſed

א ſed poſt אבן & ante אבם. Idem obſeruo in Radicibus triliteris. Nam Ex. gr. מָלַל non locaui ante מָלֵא vt Pagninus, ſed poſt מָלַךְ.

2. Voces duarum duntaxat literarum, vt אִו,אֵו,גַם & ſimiles diſtribui poſſunt in tres claſſes: nam in primis multę ſunt, quæ communiori authorum conſenſu exiſtimantur deriuari ex ſuis radicibus trium literarum; Atque hæ duplicis ſunt generis: ſi quidem aliarum radices ſunt vſitatæ, & illas omiſimus, quoniam earum radices explicamus; huiuſmodi ſunt אָב pater גַּן hortus, חֵץ ſagitta, quarum radices vſitatæ ſunt אָבָה, גָּנַן, חָצַץ. Aliarum ſunt inuſitatæ, quarum aliquas omittimus contēti potuiſſe aliud vocabulum ex earum radicibus deductum: ſic omiſi אֵב *viror* quia ſatis fuit ponere אָבִיב quod ſicut אֵב deriuatur ex אבב; aliquas autem afferimus, quas in eo loco noſtri verſus habent, quem illarum Radices, ſi vſu receptæ probatæq; fuiſſent, occuparent: itaque ponitur אֵם mater non ante אמה ſed poſt אמל, quoniam eius inuſitata radix eſt אמם quæ poſt אמל collocaretur. Deinde

ſunt

ſunt quædam bilitera vocabula, de quibus nihil certi conſtitui poteſt, an ex aliqua Radice pullulent & an ex hac, an ex illa naſcantur vt אוֹ aut, אם ſi, גַּם etiam. Hæc tenent eam ſedem, quam ſeries Alphabeti poſtulat. Denique nonnullæ biliteræ dictiones poſſent reduci ad aliquam certam ac determinatam Radicem, quibus tamen authores nullam ſolent aſſignare: has diſpoſui iuxta ordinem Alphabeti. Qua de cauſa שַׂק ponitur ante שֶׁקֶר & non poſt שָׁקַק; etiamſi veriſimile ſit eius Radicem eſſe שקק cum illius pluralis numerus ſit קִים *ſacci* cum Daghes in ק, quod videtur oſtendere defectum alterius ק. Sic סַם poſitum eſt ante סְמָדַר, licet fortè deducatur ex סמם quia plurale eſt סַמִּים aromata. Placuit tamen nobis à communi aliorum more hac in re non diſcedere.

3. Ex radicibus, quæ Decadibus ſubſcriptæ ſunt, Duo intelligi poſſunt. Vnum eſt, quænam Radices ſint in ſe, ſiue in Kal vſitatæ, & quænam ſint tantum vſitatæ ratione alicuius ſui deriuati; internoſcũtur enim

ex

ex eo quod illis & non his ſuffixa ſunt puncta vocalia. Alterum eſt quænam Radices ſint omnino inuſitatæ, eæ nimirum omnes, quas ibi nullo modo collocauimus. Ex. gr. primam omnium ponimus אבב, 2. אָבַד, 3. אבה 4. אבח. Hinc intelligitur, nullam radicem inchoatam ab א habere alterum א ſecundam radicalem nec vllo modo vſitatas eſſe radices אבא, אבג, אבו, אבז. Notandum autem eſt hîc vocare nos radices inuſitatas in Kal, quas ſacri ſcriptores nullo modo vſurpant in prima coniugatione. Sic אבק inuſitatum dicimus in Kal, quia ſacri codices eo verbo non vtuntur in Kal, etiamſi ea coniugatio vſitata ſit Hebræis doctoribus, apud quos נֵר הָאֲבוּקָה ſignificat candelam colligatam: omnino autem inuſitatas vocamus, quando nec ipſæ reperiuntur in ſacris paginis, nec aliquod vocabulum ex ipſis deductum: ſic אָמַר eſt radix omnino inuſitata, cum in diuinis libris nullo modo extet, licet Rabbini eam vſu receperint, apud quos ſignificat metiri & æſtimare.

4. Ea methodo verſus compoſiti ſunt vt

facilè

facilè ſit ex illis cognoſcere quatenus radix quæuis vſu recépta ſit. Quando enim prima eius coniugatio Kal eſt vſitata, illam noſtri verſus exprimunt in Kal: cum autem inuſitata eſt in prima flexione, ſed vſitata in vna vel pluribus ex aliis, hanc exprimimus ſaltē in aliqua ex illis, vt intelligatur, radicem illam vſitatam eſſe in aliquo verbo, quod ab ipſa deriuatur; quando denique nec ipſa radix, nec aliquod eius verbum extat in ſcripturis, ponimus in verſibus noſtris aliquam vſitatam dictionem ab illa natam, quæ verbum non ſit, ſed nomen aut alia pars orationis. Quæ omnia exemplis melius percipientur. Primus primæ decadis verſus ſic habet.

Spica recens אָבִיב : אָבַד *perit* : *experit* אָבָה :

In quo אָבַד & אָבָה ſunt flexionis Kal, ac proinde colligi debet has radices eſſe per ſe aut in ſe vſitatas: at אָבִיב eſt nomen & non verbum, vt conſtat ex eius interpretatione, quæ eſt ſpica recens: vnde concluditur, nec אָבַב in Kal nec אִבֵּב in Piel nec aliud

verbum illius Radicis in vlla coniugatione extare in ſcriptura. In ſecundo verſu eiuſdem decadis dicitur, te effer הִתְאַבֵּךְ. Itaque radix אָבַךְ non eſt in Bibliis vſitata in Kal, ſed ſaltem in Hithpael. An autem etiam in aliqua alia flexione ſit vſu recepta, & an alia dictio ex ea orta ſit, ſciri debet ex Hebraicis lexicis; ſatis nobis fuit in hoc libello Radices omnes aut expreſſiſſe verſibus aut inſinuaſſe, & ſub decadibus eo diſpoſuiſſe ordine, qui memoriæ aliquod lumen afferret. Poſſet aliquis putare nos hullucinari cum in Decade 54. ponimus verbum נסה inuſitatum in Kal. Nam Pſal. 4. 7. legitur נְסָה attolle & Iob 4. 2. הֲנִסָּה nunquid proferemus vel aſſumemus: Reſpondeo tamen, hæc non eſſe ex נסה nam diceretur נֵסֶה & הֲנִסָּה ſunt ergo ex נָשָׂא & per commutationem literarum dicitur נְסָה pro נְשָׂא & נִסָּה pro נָשָׂא. forte etiam נִסָּה eſt præteriti temporis in Piel, vt ſentit Pagn. ad Radicem נסה.

5. Placuit poſt radices cuiuſlibet Decadis ſubiicere tres numeros. Horum primus

indi

indicat quot Radices ea decas contineat, qualeſcunque illæ ſint : ſecundus , docet quot in ea ſint Radices vſitatæ in Kal: Tertius oſtendit quot inibi contineantur Radices triliteræ ſiue vſitatæ ſint in ſe ſiue in aliquo ſuo deriuato. Et tandem ad finem centum Decadum prædictos numeros omnes in tres ſummas contraximus , ex quarum prima patet in noſtra chiliade comprehendi Radices generatim ac vniuersè 2132. triliteras autem vſitatas in Kal 991. & denique triliteras aliquo modo vſitatas 1933. Itaque non video, quî verum ſit quod aliqui ſcripſerunt, linguam Hebræam habere pluſquàm bis mille & ſexenta themata, niſi fortè redigant in eum numerum etiam Radices, ex quibus propria duntaxat nomina deriuata ſunt, quaſque in ſuis lexicis authores ſolent omittere.

6. Quæri poteſt an radix cenſeatur vſitata in Kal , quando reperitur in Benoni vel pahul duntaxat. In hac quæſtione duo mihi videntur dici poſſe magna cum proba-

bilitate. Primùm ergo exiſtimo, Radicem debere dici vſitatam in ſe, & licitum nobis eſſe formare integram coniugationem Kal ſi vel vnum ex illius participiis ſit vſu receptum, dummodo retineat participij ſignificationem. Deinde arbitror, Radicem non debere dici vſitatam in Kal, nec licere nobis ex ea formare omnes perſonas in ea coniugatione ſi participium non retineat vim participij ſed induat naturam nominis; Non poſui חָצַץ tamquam radicem vſitatam, licet Prouerb. 30. 27. reperiatur חֹצֵץ quoniam incertum eſt an ſit nomen vel participium nec conſtat, quid ſignificet. Si quis admittere velit hanc inter vſitatas radices poterit in 28. Dec. v. 5. & 6. pro verbis illis חָצֵץ truncari legere חָצַץ diſcindit.

7. In Dec. 7. v. 5. hic ſenſus eſt, particulam אֵת cum aliquo nomine cõiunctam, vt cum עִ□ vel הָעָ□ poſſe tribus modis vſurpari, nam interdum conſtruitur cum nominatiuo nimirum poſt verba paſſiua vt nu. 26. 55. יֵחָלֵק אֶת־הָאָרֶץ diuidetur terra. ſæpius cum accuſa

accuſatiuo poſt verba actiua vt Gen. 1. 1. בָּרָא אֱלֹהִים אֵת הַשָּׁמַיִם creauit Deus cælum. Sæpe etiam cum ablatiuo & tunc induit naturam Præpoſitionis: vt Iſai. 28. 15. כָּרַתְנוּ בְרִית אֶת־מָוֶת percuſſimus fœdus cum morte.

Nona Animaduerſio.

Non parui referret interdum certò ſcire ad quam radicem pertineát nomina quædam vt de illorum genere vel plurali nûmero ſinè periculo erroris iudicaremus. Cuiuſmodi ſunt מִנְחָה oblatio & צֶפֶת capitellum. Etenim ſi radix τῦ מִנְחָה ſit נָחָה eius plurale abſolutum erit non מְנָחוֹת ſed מִנְחוֹת: nam מִצְוָה mandatum facit plurale abſolutum non מְצוֹת ſed מִצְוֹת quoniam מ non eſt radicale. At verò ſi radicem habeat מנח in plurali abſoluto faciet מְנָחוֹת munera, oblationes & non מִנְחוֹת ſicut ex כִּבְשָׂה agna ſit plurale non cõſtructum כְּבָשׂוֹת agnæ. Deinde ſi τῦ צֶפֶת radix ſit צפה erit generis fæminini: maſculini autem ſi radix illius ſit צפת

vt

vt nonnullis viſum eſt. Nam falſa eſt communis illa Grammaticorum regula. *Deſinentia in* ת *præcedente Segol, chiric aut Schurec fœminina ſunt.* Conſtat enim maſculini generis eſſe זֶרֶת *menſura* duodecim digitorum Ezech.43.13. מָוֶת *mors* & proinde מָוְתָה quod fit ex מָוֶת additione ה vt לַיְלָה ex לַיִל *nox*. id patet ex cap.1.Ruth.v.17. & Pſal.116. v.15. שִׁית ornamentum Pſalm.73.6. Quare non vna communis regula, ſed duæ tradendæ ſunt de genere nominum in ת deſinentium; prior; *nomina deſinentia in* ת *radicale ſunt generis maſculini etiamſi præcedat ſegol aut alia quæuis vocalis*: Cæterum ab hac regula quædam excipi nihil obſtat. Poſterior regula. *Quæ finita ſunt in* ת *ſeruile ſunt generis fœminini*; vt תִּפְאֶרֶת decor, gloria, מַלְכוּת regnum, hinc videntur quædam excipienda; de quibus alibi.

Decima Animaduerſio.

Niſi cogat neceſſitas, quæ legi non paret, duo extrema vt pote vitioſa & meritò

repre

reprehendenda, vitari debent in vſu Hebraicarum Radicum, & ramorum ex ipſis pullulantium. Vnum eſt, nimia Rabbinorum libertas, laxitaſue. Hi enim tanta licentia vtuntur vocabulis ſcripturæ vſu non probatis, vt vna verbi alicuius perſona in Bibliis reperta non tantum forment coniugationem ei reſpondentem ſed cæteras omnes, & aliquo nomine ibi reperto, ex eo verbum effingant: Alterum extremum eſt nimia religio aut immoderata parcitas quorundam, qui tam reſtrictè, tamque ſuperſtitiosè vſurpant Hebraicas voces, vt non aliis, quàm iis vtantur, quæ extant in Bibliis, & eo duntaxat ſtatu, genere, numero, tempore, modo, quibus vtitur ſcriptura. Ac de iis pluribus egiſſem niſi breuitatis amor aliud ſuaſiſſet.

F I N I S.

Errata ſic corrige.

In Præf. pag.11.lin.19. diuinitatem.

Pagina 2. linea 14. *capióque*. 7. 11. *Bdellion* 14. 8. מַרְהֵבָה 16.18.myrtus 30.7.& הוֹפִיעַ 34. 12. *& expeto* 39. 14. *attenuor* 47. 4. *animúmque* 52.1. סָרַח, נִסְרַח *que* 78. 10. שָׁלוּ 103. 14. primigeniis 112. 20. טָלֶה 125. 15. primigenia. Sunt alia quædam errata, quæ facilè deprehendet vel rudis ac tyro in Hebraiſmo, ſi animum attendat ad analogiam Grammaticæ & ad ordinem alphabeticum, quem ſeruamus, atque conferat verſus cum Radicibus, quas infra decades poſuimus.

Excidit mihi vna radix חָגַר. Ea ſuo loco reponetur ſi Decade 24. verſu 5. pro verbis illis, *ſiue foramenerit* legatur, & חָגַר *cinxit*.

28536